

Embedded Reading

Cornelia

Versio II

Cornelia **bona et proba** femina Romana fuit, duos habuit filios. **Filios Cornelia valde amabat, atque ab iis amabatur.**

Olim **femina Romana, nomine** Tullia, Corneliam visit, **quae, superbe monstrans gemmas,** „Multas“ inquit „**novas et pulchras** gemmas habeo: specta! Aspice **hos** anulos, **has** lineas margaritarum, **has** gemmas **pretiosas**. Quam pulchra **sunt haec** ornamenta! Nonne te delectant hae gemmae?“

Cornelia **gemmas aspiciens** respondit: „**Ita est,** o Tullia: mihi pulchrae videntur esse gemmae. Ego quoque **tamen pulchras** gemmas habeo.“ ait Tullia, „O mea Cornelia, ostende mihi **pulchras has** gemmas tuas!“

Cornelia **igitur surgens** vocat: „O filii, venite huc!“ Tiberius et Gaius, **matris voce audita, accurrentes in atrium** intrant. **Quos Cornelia digito monstrans,** „Ecce“ inquit, „gemmae meae: **fili enim mei ornamenta mea sunt: nullas alias gemmas cupio.**“